



Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. III. An & quando crimen homicidii, seu machinationis mortis alterius
conjugis dirimat matrimonium subsequens?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

absoluta, vel saltem ut ante mortem conjugis fuerit purificata, ut præbeat scilicet captandæ mortis occasionem.

§. III.

An & quando crimen homicidii, seu machinationis mortis alterius conjugis dirimat matrimonium subsequens?

Occisio conjugis, vel machinatio facta in mortem conjugis, cum proposito contrahendi matrimonium postea, cum alio supervenite, est etiam impedimentum criminis dirimens contrahendum matrimonium cum ea, quæ ad occisionem innocentis juvit; vel si nihil ad occisionem innocentis juvit, adulterium tamen, cum eo, qui postea inno-

centem conjugem occidit, comitibus sciens legitimam illius uxorem, ad vitam vivere, ira ut inter hujus & primi §. impedimentum, hoc interfit, quod in hoc §. ad incurtendum hoc impedimentum dirimens, non requiratur promissio ad adulterio v. g. data, & recepta ab altero v. g. de futuro matrimonio, sicut requiritur in casu primi §. sed sufficit adulterium commissum, & occisum v. g. ab adulterio conjugem, vel utranque in mortem alterius innocentis, etiam si adulterio, moraliter saltem, matrimonium fuisse, cum proposito in eandem modum matrimonii, peccare hanc conditionem ex c. Significasti b. h. ad impedendam scilicet mortis captandæ occasionem.

TITVLVS VIII DE CONJUGIO LEPROSORUM.

§. I.

An per lepram supervenientem precedentia sponsalia de futuro dissolvantur, vel etiam matrimonium præcedens?

Sponsalia de futuro dissolvi per supervenientem lepram ex c. Litera 3. b. e. patet, si alter sponsus, qui immunis est à lepra, hoc petat, & probat notabilis, quæ in tali casu, post contracta sponsalia de futuro intervenit, mutatio; matrimonium tamen contractum de præsentibus, per supervenientem lepram non dissolvitur, quoad vinculum c. Pervenit 1. b. e.

quia matrimonii vinculum indissolubile est usque ad mortem, nisi, in quantum in casu rati tantum matrimonii in leprorem religiosæ professionis, aut conditione Pontificia hoc permissum, & dictum.

§. II.

Alia nonnulla questiones circa conjugia leproforum proponuntur, & resolvuntur.

TRia adhuc quæri possunt, quæ comitibus ex c. Quoniam 2. b. e. resolvenda sunt. Primum, an propter lepram conjugia à con-